Translatio miraculosa Ecclesie beate Marie virginis de Loreto.





Cclesia beate Marie de Loreto fuit Camera dom⁹ beate Marie virginis matris domini nostri Iesu Christi: que domus fuit in partibus Hierusalem Iudee: & in ciuitate Galilee: cui nomen Nazareth. Et in dicta camera fuit gloriosissima virgo Maria nata: etiã & educata: & postea ab angelo Gabriele salutata: & demũ ĩ dicta camera nutriuit dilectissimũ filiũ suum dominũ nostrum Iesum Christum vsq; peruenit ad etatẽ duodecim annorum. Demũ post Ascensionẽ domini nostri Iesu Christi in celum: remãsit beata virgo Maria in terra cum Apostolis: & aliis discipulis Christi: Qui videntes multa mysteria diuina fuisse facta in dicta camera: decreuerunt de cõmuni consensu omniũ de dicta Camera facere vnã Ecclesiã in honorẽ & memoriam beate Marie virginis: & ita factũ fuit. Et deinde Apostoli & discipuli illã Cameram consecrauerũt in Ecclesiã: & ibi celebrauerunt diuina officia. Et beatus Lucas euangelista suis manibus fecit ibidẽ vnam imaginẽ ad similitudinem beate virginis Marie: que ibi est vsq;

hodie. Demū dicta Ecclesia fuit habitata & honorata cū magna deuotione & reuerētia ab illo populo christiano: qui erāt in illis partib⁹: in quibus steeit dicta ecclesia: quousq; ille populus fuit christianus. Sed postq̄ ille populus dimisit fidē Christi: & recepit fidem Mahumeti: tunc angeli dei abstulerunt prelibatam Ecclesiam: & portauerunt illam in partes Sclauonie: & posuerunt eam ad quoddam castrum: quod vocatur Flumen: & ibi minime honorabatur vt decebat virginem. Iterū de eodem loco angeli abstulerunt illam: & portauerunt eā supra mare in partibus Territorii Racanati: & posuerūt eam in quandam Siluam: que erat cuiusdā nobilis domine ciuitatis Racanateñ. que vocabatur Loreta: ex illo tunc accepit ista ecclesia nomē a domina: q̄ erat illius Silue domina & patrona: Sancta Maria de Loreto. In illo tempore: quo permansit in dicta Silua: propter gentium nimiū concursum in ea maxima latrocinia/ & inumerabilia mala cōmittebātur. Quappter per angelo⁊ manus rursus assumpta est: & portata in montē duo⁊ fratrum: & in eodē monte per angelorum manus

nus sita fuit. Qui fratres ob maximũ denarioꝝ & aliaꝝ rerũ intratum & lucrũ/simul atq ad inuicem ad maximas discordias & lites venerũt. Propter quas parimodo angeli abstulerũt eam de eiusdem montis loco & portauerũt eã in viã cõmunẽ: & in eandẽ ipsam posuerũt & firmauerunt eã: vbi est hunc cũ magnis signis: & innumerabilibus gratiis & miraculis collocata fuit in eadẽ via ista alma ecclesia. Tunc igitur totus populus Racanateñ. venit ad videndũ dictam ecclesiam: que erat super terrã sine aliquo fundamento. Propter quod dictus populus considerans tam magnũ miraculum: & dubitans ne dicta ecclesiã veniret ad ruinã: fecerunt dictam ecclesiã circũdari alio muro bono grosso & optimo fundamento: ꝑut hodie videtur manifeste. Tãmẽ nullus sciebat vñ ista ecclia originaliter venisset: nec vnde recessisset.

¶ Nota quomodo supradicta sunt scita: In Anno dñi. M.ccc.xcvi. quia virgo apparuit in somno cuidam sancto viro sibi deuoto: cui ipsa supradicta reuelauit: Et ipe statim omnia diuulgauit quibusdã bonis viris istius prouincie: & ipsi

īmediate deliberauerūt velle scire veritatē hui⁹ rei: & sic cōicato cōsilio decreuerūt ꝙ essent Sedecim hoīes notabiles & boni: qui simul irent ad sanctū sepulchrū: & deinde ad illas ꝑtes de Hierusalem iudee & in ciuitatē Nazaret: ad inuestigandū supradicta inuenta: & ita factū est. Nam ipsi portauerūt secū mensurā dicte ecclesie: & ibi vestigia fundamētoꝝ ipius ecclesie inuenerūt ad vnguem sicut ē ista. Et in vno pariete ibi prope est scriptū & sculptū quomodo ista ecclesia fuit ibi/& postea recessit. Postremo ꝗppe dicti sedecim viri redierūt ad istam prouinciam & notificauerunt supradicta inuenta per eos esse vera. Et ex tūc scitū fuit ꝙ ista ecclesia fuit camera gloriosissime virginis Marie. Et exinde populus christianus habuit magnā deuotionē & habet. Nā omni die ibi btā virgo Maria fecit & facit īnumerabilia miracula: ꝑut docet & demonstrat experientia.

¶ Hic fuit vnus heremita: qui vocabatur frater Paulus de Silua: q̄ habitabat in vno tugurio in Silua ꝑpe istā eccesiam: qui omni mane erat in ista ecclesia ad officium diuinum: & fuit homo

magne abstinentie & vite sancte/qui dixit/Iam sunt anni.x.vel circa/ꝙ in die natiuitatis gloriose virginis Marie: que est octaua die Septembris ante diem per duas horas stante aeris serenitate/& dicto fratre Paulo exeunte de suo tugurio & veniente versus ecclesiam vidit vnum lumen descendere de celo supra dictam ecclesiã quod in longitudine videbatur fere duodecim pedum/& in latitudine fere sex pedũ: & cũ fuit illud lumen supra dictã ecclesiam disparuit. Ipse ob rem dicebat:ꝙ fuit beata virgo:que ibi apparuit in die Natiuitatis sue: & hoc vidit ille sanctus homo.

¶In quoꝝ omniũ fidem & testimonium mihi Preposito Teremano & Gubernatore prenominate ecclesie/ quidam duo boni viri prememorate ciuitatis / huius ville inhabitatores retulerunt ac nunciauerunt: & pluribus vicibus dixerunt:quoꝝ vnus vocabatur Paulus Reualdulcii & alius Franciscus al's Prior: Et dictus Paulus dixit mihi ꝙ Auus Aui eius vidit quando angeli duxerunt predictam ecclesiã per mare: & posuerunt illam in dictam siluam: & pluribus vici

bus ipse cum ceteris personis ipsam Ecclesiã in prelibata silua visitauit. Item dictus Franciscus qui erat Centũ viginti annoꝝ dixit ei: ꝙ pluri bũs vicibus visitauit dictã ecclesiam in eadem Silua. Et parimodo ipse Franciscus rettulit atq3 dixit mihi per plures vices. Item huius rei cre- dulitatem atq3 certitudinem approbamus: quo- modo ista alma Ecclesia fuit & stetit in dicta sil- ua: & pluribus probis personis dictus Francis- cus dixit: ꝙ Auus Aui eius habuit domũ & ha bitauit ibi: & eius domus erat penes pretactam ecclesiam: & in sui tempore eleuata fuit per an- gelos a loco Silue: & portata in montem dicto rum duoꝝ fratrum: & ibi sita & collocata fuit: vt supra dictum & enarratum est.

Deo gratias.